



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Eivsdem Ad Socios Goam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

EX INDIA LIBER I. 17  
EIVSDEM AD SOCIOS  
Goam.

**F**APONEM Deo adspirante attigi-  
mus Augusto mense, die Assumptio-  
ni Mariæ Virginis sacro, cum festo ip-  
so Diui Ioannis Baptistæ die natali,  
Malaca sub vesperam solnissemus.  
Nauiculario vsi sumus ethnico, mer-  
catore Sina, qui suam in id operam  
perfecto Malacæ detulerat. ac primò sanè feliciter na-  
uigauimus: sed mox (vt sunt barbarorum ingenia ad  
leuitatem atque ad inconstantiam prona) profectio-  
nis mutare consiliu nauicularius cepit, & in occurren-  
tibus passim insulis tempus frustra conterere. Nobis  
autem in eo itinere cum alia multa, tum illa duo pre-  
cipue molestissima contigerunt: alterum, quòd oblata  
diuinitus tempestate nauis per nequitiam abuterentur;  
qua elapsa ad oram Sinarum appellere, ibique totâ hye-  
mem, cursum expectâtes ponere cogebantur: alterum,  
quòd in eadem nauis simulacrûm uehebatur dæmonis;  
cui nauis, quanquam inuicis nobis & inspectantibus, pa-  
trio ritu sacrificabant. ab eodem etiam per sortes de ipsa  
nauigatione petebant responsa; quæ (vt aiebant, crede-  
bantque barbari) modo læta, modò tristia reddebantur.  
Centum à Malaca leucas, Sina versus prouecti, quan-  
dam ad insulam stetimus: ibique aduersus maris illius  
leuitiam naualibus instrumentis, aliaque materia com-  
parata, post multas caremonias & sacrificia quaesitum  
est ab idolo, prosperam deinceps fortunam esse nos ha-  
bituri, necne. cum valde prosperam respondisset, proin-  
tente moraremur diutius; sustulimus anchoras, velaque  
gratulabundi fecimus omnes: illi, simulacro quod in  
suppi locatum candelarum luminibus, odoramentis-  
que ex incenso ligno quodam Aquilano venerabantur:  
nos conditore cæli terræque Deo, & eius filio Domino  
IESU CHRISTO confisi, cuius cultum religionemque  
b ampli-



amplificandi studio in ea loca deferebamur. Cui  
 effemus in cursu, placuit nautis ab dæmone per  
 vtrum navis qua vehebamur, Malacā esse ex la  
 ditura. cū in Iaponē quidem perueitram omni  
 tilegi retulissent, verū ex Iapone Malacā m  
 ueluram: tum verò instituta navigationis pon  
 baros cepit, satiusque ijs videri apud Sinas h  
 Japonicam profectioem in alterū annum d  
 fter aut quis animus, quis tum esset dolor, cog  
 biscum potestis ipsi, cū de rota itineris nolim  
 consulere tur dæmon. Mox in orā terra quam  
 nam vocant, delatis; duo, vno eodemque die (qu  
 uæ Mariæ Magdalena: sacer) vespere, sane quā  
 pertulimus. Etenim exasperato vchementius ma  
 tesque volente iam fluctus, cū iactis anchor  
 remur in salo, aperta in ostium sentina: vna  
 tibus nostris Emmanuel Sina forte præteritis  
 mortuū credidimus: nam & alit cecidera  
 ne ad vmbilicum obrutus aliquātiſper in aqua  
 verumtamen extractus magno cū labore exa  
 uiterque caput fauciatus, adhibita curatio  
 bus, Deo fauente conualuit. Nondum huius  
 tum erat vulnus: ecce tibi eodem ferme ca  
 nauis iactatione, filia nauarchi in mare dilata  
 omnium oculis frustra conantium opulari, f  
 Cuius interitum tanti sunt ciularus ac lacry  
 ta: tanto præterea, quotquot in nauis eramus, v  
 crimine versabamur; vt admodum digna m  
 res esset. Barbari ad propitiandum per sacrifici  
 versi, nulla capta quiete, diem noctem que tota  
 dis idolo auibus, ferculisque apponendis ope  
 runt, per sortes etiam quæsiere causam infom  
 ponsum est: si is qui prius in sentinam cecidit  
 nucl fato functus fuisset; puellam in mare no  
 psuram. Cernitis ipsi profectio, quantum nob  
 so dæmon ab suis ministris creati periculum  
 quid futurum fuerit, nisi furentis rabiem De  
 pressisset, sed me tamen in primis graues illa Deum



iniuria, & barbarorum sacra illa sacrilega permouebant. inaque fufus in preces, Deum rogati facpius, vt priusquam fluctibus operiremur, homines ab fe ad ipsius imaginem ac similitudinem conditos, tam falsis opinionum erroribus impiisque superstitionibus liberaret. tetrum quippe spectaculum, & indignum est facinus, Dei vice ab hominibus ad vnus Dei laudem factis, adorari perpetuum ipsius humani generis inimicum. Cuius de minis atque terroribus, quibus ille mortales, nactus occasionem, aggreditur, quod multa mihi eo die nocteque Dei beneficio cogniti experiri, quamquam ea sane cognitu vtilia sunt, tamen breuitatis causa cetera praetermittam; vnum illud summam attingam: huiusmodi ipsius petitiones claudi nulla ratione facilius, quam animi magnitudine quadam securitate praestanda, non illa quidem, quae proprijs viribus, sed quae vnus Dei tutela praesidioque nitatur. venisse tempus vlciscendi sui, crebro mihi ponebat ob oculos. sed magis tali in re ac tempore nobis timendum est, ne fixam in Deo fiduciam, quae debet esse firmissima, remittamus, quam ne ab hoste (qui nihil valet nisi Domino permittente) vincamur. Porro, quid nobis in extremo spiritu futurum est, fratres, cum debilitatis corporis animique viribus grauiori quam vnquam antea tentatione vexabimur; nisi per otium prius spem totam in Deo reponere, atque ad eum tempestiue confugere didicerimus?

Ad nauigationem reuertor, lenita paulum tempestate, vela ventis merentes dedimus, paucisque diebus in portum Sinarum quem Cantonium vocant, peruenimus. Ac nauis quidem non dubium fuit, quin hyemandum esset ibidem; quamuis nos partim rogando, partim etiam iniuriam cum Lusitanis, & cum praefecto Malacae exposulaturos minando, frustra eos reuocare a proposito niteremur. Sed nescio quomodo factum est, ve stationis mutandae perendique portus Cincei (qui in eadem est ora) subito consilium caperent. Eo cum iam appropinquarem, nauarchus a quibusdam praeternauigantibus repente fit certior, Cinceum portum a piratis



compluribus obsideri. Præsens omnino periculum  
 nebat: eratque ventus Cantonem reuertenti, aduersus  
 ponem perenti, secundus. quocirca subita re per  
 nautæ, volentes, nolentes, cursum in Iaponem dirig  
 & nos quò polliciti fuerant (& quidem reliquis per  
 bus insulæ exclusi) rectà Cangoximam, quæ Pauli  
 stri patria est, inuito dæmone perducere sunt coacti  
 cum à Pauli cognatis, tum à reliquis oppidanis am  
 simè excepti, dies ipsos quadraginta in addiscendis  
 nicæ linguæ elementis haud exiguo cum labore per  
 mus. iamque Decalogi præcepta, Deo fauente prom  
 gare sumus aggressi, quæ Paulus noster, & cætera Ch  
 stianæ fidei capita patrium in sermonem accuratè  
 uertit: ac nos quamprimum typis mādare decreuim  
 quò Christi nouitia facilius laiusque fundatur. Idem  
 gnatos amicosque homo impiger dies ac noctes ad  
 tem hortari ac docere non desinit: breuique uxorem  
 filiam, multos præterea viuisque sexus in ouile. Do  
 ni compulit. Nec sanè (quod cernimus adhuc) eorum  
 consilium improbatum in vulgus: & quia plerique  
 runt litteras, perfacile Christianis precati omnibus  
 cunt. Die qui fuit Archangelo Michaeli sacer, cum  
 Saxumano collocti sumus: qui nos perhonestè  
 ceptos, vt Christianæ legis volumina diligenter  
 remus admonuit. patris deinde post diebus edu  
 re omnibus qui sub eius imperio sunt, fieri Christi  
 Hæc nobis initia sese dant: læta utique, veruntame  
 modum incerto successu. Magna quippe multitudine  
 rum est, qui nefaria huius terræ sacra procurant. Can  
 ipsorum placitis atque commentis, quòd Christiani  
 toperè pugnat veritas, valde suspicamur fore, vt  
 præsentia nobis fauere vidcantur, tamen cum res  
 tim progredi ceperit, nostram in perniciem transi  
 ant ipsi, tum verò populum concitent, alioquin  
 minimè nobis infestum. Fixum autem ac  
 est nobis, sicuti ab omni prorsus contumelia  
 gij abstinere, ita ab gentibus ad cognitionem  
 toris liberatorisque nostri Iesu Christi vocandis.



ratione desistere. Quod si euenierit, vt in caussa tam honesta, tamque pio ac salutari negotio vitam ponamus; nã nos id in magni beneficij loco accipiemus à Domino, cuius præceptis, animarum salutem, corporis nostri iactura mercari iubemur. Vtinam modo nos mentis candorem & simplicitatem, quæ Sancti Spiritus gratissima sedes est, cum fide præstemus. quam tamen ad rem multum nos loci opportunitas adiuuabit. Etenim remotis adeo in regionibus, inter impios de monum cultores ab amicorum conspectu longissime positi, omnique pænæ mortalium ope ac solatio destituti, nimirum nostrimet paulatim obliuiscimur: nosque in Deum totos necessariò effundimus. quod secus, vbi Christiana viget religio, fieri consuevit. parentum quippe vel patrie caritas, affinitates, necessitudines, amicitie, ad omnes corporis animique vsus parata subsidia, Deum inter & homines interponunt ferè sese: atque inde sensim ipsius Dei subrepat obliuio. quocirca eximiam in nos, hoc etiam nomine, Dei benignitatem experimur: qui cum, hac suscipienda peregrinatione, aliquod præstare nos illi putaremus obsequium; ipsi nos potius singulari eiusdem beneficio affectos, multisque vinculis solutos agnoscimus; quæ spem in Deo nostram & cogitationem cælestis patriæ distinebant. Ad hæc illud quoque non leue commodum accedit, quòd delicijs ijs, quæ alibi carnis stimulos irritare, mentisque & corporis vires solent infingere; hic caremus omninò. Etenim Iaponij nullum acule mactant vel comedunt, piscis vescuntur interdum, oryza & tritico non abundant: herbis ac pomis vt plurimum victitant. & quidem ita prospera valetudine ad multam vsque senectutem vtuntur, vt facillè appareat, quàm paucis sit eadem, quæ alioquin est insatiabilis, natura nostra contenta.

Vos item, carissimi fratres, (quoniam tanta vobis provincia patet) vigilate animis; vestramque industriam ac pietatem in theatro cælesti probare contendite. id assequemini, si Christianam humilitatem, & sensibus intimis colueritis, & moribus expresseritis ac vita: quod ad



existimationem auctoritatemq; attinet, totū d. Dom  
no permittentes, qui vobis eā ipse per se conciliabor  
fectō quōd si facere omiserit: vestra causa videlicet  
q̄ Dei sunt vobismet arrogetis, omiserit. Illud vobis  
ego etiā atq; etiam obtestor, vt verā inter vos pacē  
concordiam omni ratione retineatis: summaq; opera  
mini, vt ne qua in vobis semina dissensionis exillat  
claros illos vestros conatus ac studia patendi pro Ch  
sto, conferatis interim ad omnem discordia: spem  
bellandum, memores affirmasse Christum, ea re sua  
guitum iri, si se diligerent inuicem. Gratiam suam  
minus Deus noster ac voluntatem animis nostris  
nuet, quōd ex ea quā maximē cuncta faciamus. Cang  
xima. Nonis Nouemb. MDXLIX.

PAVLI IAPONII AD SOCIETATEM IESU IN INDIAM.

**V**od mihi maxime fuit operari, vt  
ponē redire, matrem meam, & matrem  
filiā, cognatos praterca ac familiares  
meos ab impio demonū cultu ab  
sti religionem traducere mihi  
iam Dei Domini nostri clemē  
gulari tum consequutus. Nun̄ autem alia me  
ra, vt ij, quemadmodum ad Christum conuertit  
in fide quam ei dederunt, firmi stabilesq; pat  
quod ego cū a Domino precor identidem; tamen  
per Christum, vt in precibus vestris ac sacrifici  
meorumq; memores sitis, obtestor: quandoquē  
salutē (nisi principijs consentiant exitus) expellat  
desl. Iaponij me sanē quā libenter audiunt de Iesu Ch  
sto verba facientē. itaq; multos, fauēte Deo, Ch  
fore cōfido. Nos hic oēs corpore (vtinam & que  
bene valeamus, & quamquā a vobis locorum in  
disiuncti sumus; tamen & animis in presentia  
videmur; & erimus aliquādo corporibus: videlicet  
ad extremū iudicium excitabimur, vtinā cum  
regnaturi. Cangxima. Nonis Nouemb. MDXLIX.